

TEKSTEN

PASSIO SECUNDUM MARCUM

*Passio Domini nostri Iesu Christi,
secundum Marcum
In illo tempore*

(De arrestatie van Jezus)

Et, adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes unus de duodecim, et cum eo turba multa cum gladiis et lignis, a summis sacerdotibus, et scribis, et senioribus. Dederat autem traditor ejus signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, et ducite caute. Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait: Ave Rabbi: et osculatus est eum.

At illi manus injecerunt in eum, et tenuerunt eum. Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium, percussit servum summi sacerdotis: et amputavit illi auriculam. Et respondens Jesus, ait illis: Tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me? quotidie eram apud vos in templo docens, et non me tenuistis. Sed ut impleantur Scripturae. Tunc discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt.

Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: et tenuerunt eum. At ille rejecta sindone, nudus profugit ab eis.

[Marcus 14:43-52]

(Jezus voor het gerechtshof)

Et adduxerunt Jesum ad summum sacerdotem: et convenerunt omnes sacerdotes, et scribae, et seniores. Petrus autem a longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis: et sedebat cum ministris ad ignem, et calefaciebat se. Summi vero sacerdotes et omne concilium quaerebant adversus Jesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inveniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant adversus eum: et convenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant adversus eum, dicentes: Quoniam nos audivimus

*Het lijdensverhaal van onze Heer Jezus Christus, volgens Marcus.
In die tijd...*

Hij was nog niet uitgesproken, of daar kwam Judas, een van de twaalf, vergezeld van een bende met zwaarden en knuppels, gestuurd door de hogepriesters, schriftgeleerden en oudsten. Zijn verrader had een teken met hen afgesproken door te zeggen: ‘Die ik zal kussen, Hij is het; grijpt Hem vast en voert Hem onder strenge bewaking weg.’ Hij ging recht op Jezus af en zei: ‘Rabbi!’ En hij kuste Hem. Zij grepen Hem en maakten zich van Hem meester. Maar een van hen trok zijn zwaard en sloeg met een houw de knecht van de hogepriester het oor af. Daarna richtte Jezus zich tot hen met de woorden: ‘Als tegen een rover bent u uitgetrokken met zwaarden en knuppels om Mij gevangen te nemen. Dagelijks gaf Ik onderricht bij u in de tempel en toch heeft u Mij niet gegrepen. Maar zo moesten de Schriften in vervulling gaan.’ Toen lieten allen Hem in de steek en vluchtten. Toch ging een jongeman, die een linnen doek om het blote lichaam had geslagen, Hem achterna. Ze grepen hem, maar hij liet zijn kleed in de steek en vluchtte naakt weg.

Men bracht Jezus haar de hogepriester, waar alle hogepriesters, oudsten en schriftgeleerden bijeenkwamen. Petrus volgde Hem op een afstand tot op de binnenplaats van het paleis en nam plaats onder het dienstvolk om zich bij het vuur te warmen. De hogepriesters en het hele Sanhedrin zochten naar een getuigenis tegen Jezus om Hem ter dood te kunnen brengen, maar zij vonden er geen. Wel brachten velen valse getuigenissen tegen Hem in, maar hun getuigenissen stemden niet overeen. Toen traden enige valse getuigen tegen Hem op die verklaarden: ‘Wij hebben Hem horen

eum dicentem: Ego dissolvam templum hoc manu factum, et per triduum aliud non manu factum aedificabo. Et non erat conveniens testimonium illorum. Et exsurgens summus sacerdos in medium, interrogavit Jesum, dicens: Non respondes quidquam ad ea quae tibi objiciuntur ab his?

Ille autem tacebat, et nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, et dixit ei: Tu es Christus Filius Dei benedicti? Jesus autem dixit illi: Ego sum: et videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem cum nubibus caeli. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis. Et coeperunt quidam conspuere eum, et velare faciem ejus, et colaphis eum caedere, et dicere ei: Prophetiza: et ministri alapis eum caedebant.

[Marcus 14:53-65]

(De ontkenning van Petrus)

Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit una ex ancillis summi sacerdotis: et cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Jesu Nazareno eras. At ille negavit, dicens: Neque scio, neque novi quid dicas. Et exiit foras ante atrium, et gallus cantavit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla, coepit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est. At ille iterum negavit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: Vere ex illis es: nam et Galilaeus es. Ille autem coepit anathematizare et jurare: Quia nescio hominem istum, quem dicitis. Et statim gallus iterum cantavit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Jesus: Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et coepit flere.

[Marcus 14:66-72]

(Jezus voor Pilatus)

Et confestim, mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, et scribis, et universo concilio, vincientes

zeggen: Ik zal deze door mensenhanden gemaakte tempel afbreken en in drie dagen een andere opbouwen die niet door mensenhanden is gemaakt.’ Maar ook daaromtrent was hun getuigenis niet eensluidend. Toen stond de hogepriester in hun midden op en vroeg aan Jezus: ‘Geeft U in het geheel geen antwoord? Wat getuigen deze mensen tegen U?’ Maar Jezus bleef zwijgen en gaf geen antwoord. Daarop stelde de hogepriester Hem nog een vraag: ‘Bent U Christus, de Zoon van de Gezeggende?’ Jezus antwoordde: Ja, dat ben Ik; en u zult de Mensenzoon zien zitten aan de rechterhand van de Macht en komen met de wolken des hemels.’ Toen scheurde de hogepriester zijn gewaad en riep uit: ‘Waarom hebben wij nog getuigen nodig? U heeft de godslastering gehoord. Wat dunkt u?’ Allen spraken het vonnis uit, dat Hij de dood verdiende. Daarop begonnen sommigen Hem te bespuwen en, na zijn gelaat bedekt te hebben, Hem met de vuist te slaan, terwijl ze zeiden: ‘Wees nu eens profeet!’ Ook de knechten dienden Hem slagen toe.

Terwijl Petrus zich op de binnenplaats bevond, kwam daar een van de dienstmeisjes en toen zij Petrus zag, keek ze hem eens aan en zei: ‘Jij was ook bij Jezus de Nazarener.’ Maar hij ontkende het: ‘Ik weet niet wat je bedoelt.’ En terwijl hij wegging naar het poortgebouw, kraaide een haan. Maar toen het meisje hem daar opmerkte, verzekerde ze nog eens aan de omstanders: ‘Die is er ook een van.’ Hij ontkende het opnieuw. Even daarna zeiden de omstanders tot Petrus: ‘Echt, jij bent er ook een van; je bent toch ook een Galileeër.’ Toen begon hij te vloeken en te zweren: ‘Ik ken die man niet over wie jullie het hebben.’ Onmiddellijk daarop kraaide een haan voor de tweede keer. Nu herinnerde Petrus zich, hoe Jezus hem gezegd had: ‘Voordat een haan tweemaal kraait, zult u Mij driemaal verloochen.’ En hij barstte in tranen uit.

In de vroege morgen kwamen de hogepriesters met de oudsten en schriftgeleerden, heel het Sanhedrin tot een besluit.

Jesum, duxerunt, et tradiderunt Pilato. Et interrogavit eum Pilatus: Tu es rex Judaeorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogavit eum, dicens: Non respondes quidquam? vide in quantis te accusant. Jesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus.

Per diem autem festum solebat dimittere illis unum ex vinculis, quemcumque petissent. Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat vinculus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, coepit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, et dixit: Vultis dimittam vobis regem Judaeorum? Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes.

Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Judaeorum? At illi iterum clamaverunt: Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, et tradidit Jesum flagellis caesum, ut crucifigeretur.

[*Marcus 15:1-15*]

(*De doornenkroon*)

Milites autem duxerunt eum in atrium praetorii, et convocant totam cohortem, et induunt eum purpura, et imponunt ei plectentes spineam coronam. Et coeperunt salutare eum: Ave rex Judaeorum. Et percutiebant caput ejus arundine: et conspuebant eum, et ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, et induerunt eum vestimentis suis: et educunt illum ut crucifigerent eum.

Et angariaverunt praetereuntem quempiam, Simonem Cyrenaeum venientem de villa, patrem Alexandri et Rufi, ut tolleretur cruce ejus. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum Calvariae locus.

[*Marcus 15:16-22*]

Zij boeiden Jezus, voerden Hem weg en leverden Hem uit aan Pilatus. Pilatus stelde Hem de vraag: ‘Bent U de koning der Joden?’ Hij antwoordde: ‘U zegt het.’ Toen de hogepriesters vele beschuldigingen tegen Hem inbrachten, ondervroeg Pilatus Hem weer en zei: ‘Geef U geen antwoord? Ziet U welke beschuldigingen ze tegen U inbrengen?’ Maar Jezus gaf geen antwoord meer, zodat Pilatus verbaasd was. Nu was hij gewoon bij elk feest een gevangene vrij te laten, degene om wie zij vroegen. Er zat een zekere Barabbas gevangen onder de oproermakers; zij hadden bij het oproer een moord begaan. Het volk kwam opzetten en begon te vragen, dat hij voor hen zou doen zoals altijd. Pilatus antwoordde met de vraag: ‘Wilt u dat ik de koning der Joden zal vrijlaten?’ Hij zag wel in dat de hogepriesters Hem uit nijd overgeleverd hadden. Maar de hogepriesters hitsten het volk op te vragen, dat hij Barabbas moest vrijlaten. Nu nam Pilatus weer het woord en vroeg: ‘Wat moet ik dan doen met Hem, die u de koning der Joden noemt?’ Nu schreeuwden ze opnieuw: ‘Kruisig Hem!’ Daarop vroeg Pilatus: ‘Wat voor kwaad heeft Hij dan gedaan?’

Maar zij schreeuwden nog harder: ‘Kruisig Hem!’ Omdat Pilatus het volk zijn zin wilde geven, liet hij Barabbas vrij, maar Jezus liet hij geselen en gaf Hem over om gekruisigd te worden.

De soldaten brachten Hem het paleis binnen, in het pretorium, en riepen de hele afdeling bij elkaar. Zij hingen Hem een purperen kleed om, vlochten een doornenkroon en zetten Hem die op. Vervolgens brachten zij Hem het saluut: ‘Gegroet, koning der Joden.’ Zij sloegen Hem met een stok op het hoofd, bespuwden Hem en brachten Hem hulde door op de knieën te vallen. Nadat zij hun spel met Hem gedreven hadden, ontdeden zij Hem van het purperen kleed, trokken Hem zijn eigen kleren weer aan en voerden Hem weg om Hem te kruisigen. Zij vorderden een voorbijganger, Simon van Cyrene, de vader van Alexander en Rufus, tot het dragen van het kruis. Zo brachten ze Hem naar de plaats Golgota, wat vertaald wordt met Schedelplaats.

(*De kruisiging*)

Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: et non accepit. Et crucifigentes eum, diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem super eis, quis quid tolleretur. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum.

Et erat titulus causae ejus inscriptus: Rex Judaeorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum a dextris, et alium a sinistris ejus. Et impleta est Scriptura, quae dicit: Et cum iniquis reputatus est.

[*Marcus 15:23-28*]

(*Jezus aan het kruis*)

Et praetereuntes blasphemabant eum, moventes capita sua, et dicentes: Vah qui destruis templum Dei, et in tribus diebus reaedificas: salvum fac temetipsum descendens de cruce.

Similiter et summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebant: Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus, et credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, convitiabantur ei.

[*Marcus 15:29-32*]

(*De dood van Jezus*)

Et facta hora sexta, tenebrae factae sunt per totam terram usque in horam nonam. Et hora nona exclamavit Jesus voce magna, dicens: Eloi, eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat.

Currens autem unus, et implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum. Jesus autem emissa voce magna expiravit. Et velum templi scissum est in duo, a summo usque deorsum. Videns autem centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo Filius Dei erat.

[*Marcus 15:33-39*]

Daar boden ze Hem met mirre gekruide wijn aan, maar Hij weigerde. Nadat ze Hem gekruisigd hadden, verdeelden ze zijn kleren en dobbelden om wat ieder krijgen zou. Het was het derde uur, toen ze Hem kruisigden. Het opschrift met de reden van zijn veroordeling luidde: ‘De koning der Joden.’ Samen met Hem kruisigden ze ook twee rovers, de een rechts, de ander links van Hem. Zo ging in vervulling dit Schriftwoord: Hij is onder de criminelen gerekend.

Voorbijgangers hoonden Hem, terwijl ze het hoofd schudden en zeiden: ‘Ha, U daar, die de tempel afbreekt en in drie dagen weer opbouwt, kom van dat kruis af en red U zelf.’ In diezelfde geest zeiden de hogepriesters en schriftgeleerden spottend onder elkaar: ‘Anderen heeft Hij gered, maar zichzelf kan Hij niet redden. Die Messias, die koning van Israël, laat Hem nu van het kruis afkomen; dan zullen we zien en geloven!’ Zelfs die samen met Hem gekruisigd waren, voegden Hem beschimpingen toe.

Vanaf het zesde uur viel er een duisternis over het hele land, tot aan het negende uur toe. En op het negende uur riep Jezus met luider stem: ‘Eloi, Eloi, lama sabactani?’ Dit betekent: ‘Mijn God, mijn God, waarom hebt Gij Mij verlaten?’ Enkele omstanders, die het hoorden, zeiden: ‘Hoor, Hij roept om Elia.’ Een van hen ging een spons halen, drenkte die in zure wijn, stak hem op een stok en bood Hem te drinken, terwijl hij zei: ‘Laat me begaan! We willen eens zien of Elia Hem eraf komt halen.’ Jezus slaakte een luide kreet en gaf de geest. Toen scheurde het voorhangsel van de tempel van boven tot onder in tweeën. De honderdman die tegenover Hem post had gevat en zag dat Hij onder zulke omstandigheden de geest had gegeven, riep uit: ‘Waarlijk, deze mens was een Zoon van God.’